



Universitätsbibliothek Paderborn

**De Iustitia Et Iure Libri Decem, Reuerendi P. F. Dominici
Soto, Segobiensis, Ord. Præd. Theologi præclariss.**

Soto, Domingo de

Venetiis, 1608

6 Iustitia particularemne habeat materia[m] an vero circa aliaru[m]
passiones & materias versetur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38878

per honestum particolare bonum frugali-
ter viuit, & jamen nullo dicitur legis respe-
ctu in forsan odijum eius habet, quia odio
habet prelatum. Ob idque si opus aliam non
haberet honestatus eacionem nūquam pro-
pter legem illud exquireretur. Rursus, opus

Secunda
ratio.

virtus facere propter obedientiam, alia ra-
tione haber quam illud facere propter alia
honestum finem, sicut & ieiunii fran-
gere propriam famam, aut ex contemptu le-
gis, diuerla sunt virtus, ergo & obedientia &
temperantia diuerla sunt virtus. Alias pro-
fecto si quam impugnamus opinionem, ve-
ra est, nulla opus est speciali virtute obe-
dientie, sed sufficerent virtutes aliae, in qua-
rum materiis obedientia versatur. Accedunt
et Aristoteles etimonia. Primum ait s. Ethic.

complutes in proprijs posse vii virtute, qui
tamen nequeunt in ordine ad alterum. Et
2. Polit. ca. 3 ait non esse eandem virtutem
viri boni & boni cuius, bonus autem cuius
est, qui bono publico probe infernit. Alias
est ergo legalis virtus, que ad hoc inclinat
ab aliis particularibus. Quin age, Aristoteles
ex pessae s. Ethic. 1. duas distinguunt iustitiae vir-
tutes, legalem & particularem ex diversitate
obiecti, quarum prioris obiectum dicit
esse iustum legiimum & legale, posterioris
vero requum quod est ad priuatam per-
sonam. Sicut in navi alia est virtus remigari,
puta industrie remigare, etiam si de salute
navis nihil cogitet, alia vero gubernatoris
eandem procurantis salutem, ergo iustitia
legalis non solum dicit rationem genera-
lem omnium virtutum, sed etiam speciali-
mem virtutem. Vnde ad primum Buridani ar-
gumentum, negatur particularē virtutē
ad bonum commune per se ipsum referre
opus, sed hoc illis praefat iustina legalis, si-
cui particularis virtus non est caritas, nisi
quatenus à charitate referatur in Deum. Et

Ad pri-
mū arg.
Burida.

Ad 2. 3.
ex Arist.

ad priorem. At illi, auctoriatem responde-
tur ipsum non affirmare, quod magna fice-
ria operetur oī bonum commune, sed ait
esse virilem multitudini. Neque vero forti-
tudo in idem per se inclinar commune bo-
num. Aliud enim est, quod bellum non si
principi indicandum aut suscipiendum nisi
proper commune bonum, aliud vero quod
cumque militis fortitudo ad idem se refe-
rat bonum.

Ex his ergo facilis sit descensus ad prin-
cipalem argumentorum solutiones. Ad pri-
mū enim responderetur iustitiam que nu-

mero ponitur cardinalium, non esse lega-
lem & generalem, sed specialem. Quod au-
tem aliarum nullam, puta neque tempe-
rantiā neque fortitudinem diuidamus
in generalem & particolare, ratio est quod
sunt, ut supra diximus, in appetitu sensui-
o qui non se extendit ad communē ba-
num, sed circa particula, vestiarū, iusti-
tia vero quae est in voluntate intellectua-
le sequente cognitione, ad idem pro-
tendit communē bonum. Ad tertium re-
spondetur, quod quia peculia cuīque

bonum referri in communē & publicum
potest, sit vi legalis iustitia omnibus im-
petret singularibus virtutibus, ac perinde oni-
nium opera dicantur aquitatem, sicut & cu-

ta virtus, iniurias, secundum illud 1. lo.

3. Omne peccatum est iniurias. Ad quartum tripartitum argumentum responde-
tur, quod esti legalis iustitia abunde sufficiat per suum imperium cuncta virtutum
opera referre in bonum communē, nihil
minus requiri iustitia particularis ad eli-
cendū adū respectu sui proprii obiec-
ti, sicut & requiruntur virtutes aliae parti-
culares. Neque vero bonum communē &
priuatū ea sola ratione discipiunt, quan-
num & multa, sed quia alia est ratio com-
munis boni, atque alia singularis, sicut alia
est ratio totius, atque alia partis. Quare Ar-
istoteles 1. Pol. eos sublannat, qui putabant
ciuitatem non aliter a domo distin-
gere, multum & paucum. Atramen
quia inter partes ciuidem familie, ut supra
dictum est, non est propria ratiō
iusti, non distinguuntur tercia species iu-
sticie.

A R T I C U L U S VI.

Vtrum iustitia particularem habeat mat-
teriam, an uero circa aliarum passiones
& materias versetur.

Quoniam dictum est particularē in
iustitiam esse specialem virtutem, que
habet peculiarem rationem obiecti quanti-
tut, utrum peculiarem sibi quoque vendi-
ceri materiam? Et arguitur à parte nega-
tiva. Aug. lib. 8. 3. q. ubi virtutes animi quib.
in hac vita spiritualiter vivunt, distinguitur
in quatuor que sunt Temperantia Pruden-
tia, Fortitudo, Iustitia, subdit quod iustitia
per

Gloss. per omnes diffunditur, cui consonat glōsa super illud Genes. 1. Fūnus quartus ipse est Enphrates, quod interpretatur frugifer: quae dicit ob id non meminisse scripturam contra quos persicat sicut dixit de caseribus, quod iustitia quæ quartum locum inter virtutes teneat, ad omnes animas partes pertinet. Secunda arguitur, si iustitia peculiarem sibi vendicaret materiam, coēster quod proprie circa operationes versatur reliqua vero circa passiones. Attamen Philolophus 2. Ethic. moralis virtutem circa voluptates, & tristinias versari docuit: ergo & iustitia versatur circa ea/dem, eo potissimum quod operationes iustitiae, ut supra dictum est, corruptis affectionibus impediuntur. Nam turpis concupiscentia originem, & fomentum adulterio ministrat, quod est iniuriam, & auditas pecuniae impedimento est virtutis iustitiae, ne debitum per solutum ergo iustitia non est ascribenda particulari materia. In contrarium est quod Aristot. 5. Ethic. potuit iustitiam, quæ est pars virtutis, hoc est specialis virtus, que versatur in actionibus puta in commerciis hominum emendandis.

Aristot. Quæstio haec nihil ad legalem iustitiam attinet, nam si cunctis virtutibus imperat, inde sit conseqens ut omnium materiam sibi subdite, quavis enim oculis ad operationes potius asperiat. At enim 5. Ethic. Philosophus, quod lex fortia opera precipit, & que temperati, & que mansueti, &c. Prima quæstio est de iustitia particulari. De quo duæ conclusiones statuuntur. Prior est iustitia non versatur circa rationem materiam omnium virtutum, sed solum circa exteriores actiones, & res probatur. Unde resrum sylva qua nostro subduntur voluntati, atque ad rationes normam emendari possunt: est materia moralium virtutum. Inde enim virtus dicitur moralis, quod moralum est compositionis & cultus. Sunta autem tria genera que nostre subduntur voluntati, nempe affectus animi, actionesque exteriorum, ac demum res ipsæ que in nostrum veniunt vsum, homo vero ad alterum per actiones tantum ordinatur & res: nam passionum moderatio & mitigatione ad hominem in se ipso propriæ rectitudinem pertinet. Cum ergo iustitia hæc a reliquis virtutibus differet, quod reliqua hominem in se

ipso compónunt, iustitia vero inter plures aquitatem constituit, sit ut propria materia iustitiae sint operationes & res, puta honorem debitum alteri deferre, & contumelias abstinere, pecuniam & vel quamcumq. aliam rem creditori debitam reddere. Posterior

Vlta

conclusio. Initia iustitia non versatur circa passiones internosq. animi affectus. Hæc exsilio.

posterioris ratione colligitur, explicatur autem

duabus aliis. Primo ex parte sui subiecti,

Prima quod est voluntas. Enimvero voluntatis rō cōclu-

siones neque tem habent neq. nomen sionis.

passionū, ut 1. 2. q. 2. ar. 3. inde s. 1. hō. rō. cōclu-

natur, quod passio lecum afferit corporalē

transmutationem, quæ proprie in olo est

appetitu sensibili. Cum ergo iustitia non

sit nisi in voluntate, non versatur circa pa-

ssiones. Item quia mater: a iustitia, ut modo

diximus, ia co posse, est quod est ad alre-

rum cum ergo latentes passiones non pro-

xime ordinentur in alterum, sit ut haec vir-

tus non sit circa passiones. Conclusiones

itas non tantum apud D. Thomi, verum

& plane apud Aristot. 5. Ethic. inuenias

Quare illorum qui eius doctrinam studio

contemplati sunt, nemo est qui eas infici-

tur. Nilominus, non nulli Nominalii,

vi Burid. 5. Ethic. q. tamiratur quod D. Tho-

alem constituit differentiam inter mate-

riam iustitiae & aliam virtutum. Imo ut

omnes inquit virtutes in voluntate sunt,

ita & omnes, ac pariter iustitia, reprimere

habent passiones quæ suam cuiusq. electio-

nem impediunt. Ea vice versa ceteræ vir-

tutes circa operationes quoq. ac res verlan-

tur. De quo tamen doctore magis eset mi-

randum, quod tantum in supericie legerit

Aristot. Tuima autem argumentorum eius

ad illud principium refutatur, cuius iam

supra fallaciam aperiimus Principium ve-

ro est hoc, Cuicunque virtus in incumbit

rectam facere electionem circa suum obie-

cum sunt autem passiones multæ iustitiam

perturbantes, ne debitum cuique reddat,

ut amor odium, auaritia, turpis cupidus, &

similes, ergo iustitiae munus est passiones

has reprimere. Verlatur ergo iustitia circa

passiones. Et vice versa, fortitudo & tempe-

rantia non solum circa passiones, verum

& circa actiones ipsas exteriores & res ver-

santrum, nam comedere ac bibere, quando

& ubi oportet, sunt operationes exteriores,

& tamen sūt temperantia. Atque adeo efa-

O 2 & po.

DOTO
iure
o
DIII
13

& potius sunt tres circa quas eadem virtus
veratur: non ergo tantum circa internas ille
cebras, verum & circa operationes vice sua
fungitur. Parum modo strenue pugnare, est
exterior operatio, que tamen a fortitudine
proficiuntur: ergo permisla est materia
iustitiae & aliarum virtutum atque adeo de-
fendi non potest, quod iustitia versetur circa
operationes externas, ali & vero circa
passiones. Et arguitur praeferre in gratiam
istorum contra fundamenta S. Tho. Si iustitia
non versaretur circa passiones, maxime qua-
per illas homo ordinem non habet ad alterum,
hoc autem est falsum, quia ira & cō-
cupiscentia alienae vxoris sunt iniuriae
proximo, ut supra diximus, ergo illa repre-
mire pertinet ad iustitiam. Par etiam arg.
currit de temperante & fortitudine. Etenim
si virtutes illa non versarentur circa exte-
ras operationes, maxime quia per illas non
bene homo affectus erga se ipsum, hoc au-
tem est falsum, quia cibio & potu ex virtu-
tis prescripto vii, hominem respectu sui
fuis adornant, ergo temperantia versatur
circa illas operationes. Hinc ergo isti colli-
gunt vnamquamq. virtutem in duas esse
secundam, videlicet ut una iustitia sit in ap-
petitu ad reprimendum passiones, at ve
altera in voluntate ad faciendam electionē.
Et similiter ratione una sit temperantia in con-
cupiscentiis, & alia in voluntate, vnaq. simili-
ter fortitudo in irascibili, atque in volun-
tate altera. Atvero quanto isti pugnantur
Arist. aduersentur, oculatissimus quisque
iudex esto. Etenim Ethic. nullum adscri-
bit subiectum temperantie & fortitudini
nisi appetitus sensillium. & lib. 3. ca. 10.
expressit id de temperantia confirmare. Et
lib. 5. cap. 1. non aliud designat subiectum
iustitiae quam voluntatem, vbi autem esse ha-
bitum volendi iusta. Sed quando Arist. id
non docuisset, sed ipse efficax, est quam iam
super declarauimus. Enimvero temperantia
vniuersas affectiones appetitus concupisci-
bilis reprimere sufficit, quomodounque
illas consideres, siue vt sunt impedimenta
ipsius temperantiae, siue iustitiae, siue cuius-
cunque alias virtutis, quapropter superu-
caneum est aliam illuc ponere virtutem ad
eadem fedandas. Et idem est de fortitudine
respectu irascibili, nulla ergo illuc col-
lenda est iustitia, quandoquidem reliqua
qui faciunt auxiliantur. Quod profecto nemo

inficias ire possit, qui Arist. intellexerit, s.
Ethic. vbi medium iustitiae non ait esse me-
dium rationis inter affectus, sed medium rati-
onis, ut illico dicturi sumus. Item manife-
stissime arguitur contra istos. Affectiones
appetitus concupiscentiis sicut sunt virtuti
iustitiae impedimentoa, ita & nonnquam
virtuti fortitudinis, ergo si illa ratione po-
nenda est iustitia in concupiscentiis, eodem
iure ponenda est & illuc fortitudo, & aqua-
ratione in irascibili temperantia, quod es-
set cunctas indeco commiscere virtutum
sedes. Igitur ut semel istorum Achillem in
ipsis obueramus, nihil in ueretur ordinem
admitti debet superuacaneum, tempe-
rantia autem sufficit in concupiscentiis, &
fortitudo in irascibili, ergo illuc nulla opus
est virtute iustitiae. Rursum, sedatis passioni-
bus appetitus se sustinui, voluntas ex se sola
rectam facit electionem, quia per se inclina-
tur ad opus bonum, ergo in voluntate ad
hoc munus non opus est aut temperantia,
aut fortitudine, sed tantum iustitia respe-
ctu alieni boni. At uero ne vultus tibi reli-
quias fiat scrupulus, quando dictum est nullas
per se passiones ad iustitiam attinere, in-
tellegitur tanquam eius materiam, nam
tanquam eius effectum & quadammodo si-
nem, certum est, quod illam sequitur gau-
dium, sicuti in iustitiam trifolia. Ad quippe
Aristot. 5. Ethic. Non est iustus qui non ga-
det iustis operationibus. Etli. 8. Delectano,
inquit, est virtutis finis, ob quam studio-
operantur, sicuti & qui praece agunt, tristis-
tia illuc premitur. Ex quo fit illud 2. Eth.
quod aduersarii nobis obiciunt, videlicet
moralem virtutem circa uoluptates & iu-
stitiae esse, si intelligantur tanquam circa
materiam, solis virtutibus appetitus sensi-
tui congruere, si tamen sic intelligantur,
quod nulla sit moralis virtus que non letitia
generet & mactitiam pellat iustitiae etiam
commune est.

V. autem solutiones argumentorum con-
trarie opinionis clarescant. respondetur
ex ordine ad vniuersa. Ad primum ergo
in fronte questionis positiu[m] respondeatur,
quod i. situa particularis, licet essentiail-
iter ad unam partem animae, pura ad vo-
luntatem, in qua sit est, pertineat, ta-
men quia voluntas reliquias partes mouet
atque ad sua officia applicat, sit ut iustitia
non quidem directe, sed tamen per quan-
dam

Akera
rō in
S. Tho.

Aristot.

Rō effi-
ciet con-
tra p̄fī
tam opi-
tionē.

dam redudantiam ad omnes effundatur. actiones non sortiuntur speciem ab inter-
nis motibus, sed a rebus ipsis, fit ut eadem
Est hoc quantum ad glossam, de Euphra- actions potius sint materia iustitiae, quam
te, qui comparatur iustitia ad omnia dif- aliarum virtutum. *Quod si demum scisci Obie-*
August. fluui. Nam Aug loco citato aliter secun-*teris, quid opus erat accumulare actiones etio.*
dum intellectum diu Thomas distinguit.
illas quatuor virtutes animi. Virtutes eni-*& res, nam cum in actione intelligatur*
cardinales dupliciter usurpanturn. Vno mo-*objictum, & per obiectum designetur ac-*
do vi sunt species virtutis, suis obiectis
distinctas. Alio vero, ut quartuor designat
modos vnicuique virtuti competenter. Ait
enim, quod prudentia est cognitio rerum
appendiendrum & fugiendum. Tem-
perantia vero est refranatio cupiditatis
ab his quae temporaliter delectant. Fortitu-
do est virtus animi aduersus ea, quae tem-
poralius molesta sunt. Iustitia est que per
cateras diffunduntur, dilectio Dei & pro-
Ad scilicet ximi. Secundi argumenti responsio ma-
teriam luculentem dilucidat. Enim nemo in-
ter internos affectus atque exteriores actiones
& res ipsas talis est ordo, quod actiones
medio sunt loco inter affectus qui ca-
rum sunt principia, & res que sunt carum
materia. Passiones ergo, scilicet ira,
cupiditas, avaritia &c. per seiphas neque
pro funt quidem proximo neque nocent,
aque adeo sic considerate nihil attinent
ad iustitiam: ob idque diximus talium per
se mitigationem affectuum ad ipsum ha-
bentem in seipso attinere: nocent autem
aut profundit proximo per externas opera-
tiones. At vero quod quis alteri nocens
sit aut iniurius ex duplice defectu oriit af-
fector, nempe vel ex voluntariis iniuriant,
vel ex praua affectiones sententiis appeti-
tus. Exempli gratia, potest quis alteri tem-
aliquam surripere aut damnum dare, non
quidem ex cupiditate habendi, sed ex vol-
luntate nocendi. Immo posset quis isto
modo violare alterius torum, non ob vo-
luptatem carnis, sed tantum vi noceat. Et
econverso, ut plurimum consuevit, po-
test quispiam rem eripere alterius, non
quidem ex animi iniuriant, quia mallet
non nocere, sed excupiditate. Dicerne
ego virtutum officia, suumque cuique tri-
bue. Emenda jo rectificatioque operatio-
nis quatenus exigitatem ad alterum im-
portant, sicut iustitia est. Quatenus
vero ex corrupto affectu iniuriant abor-
tunt, pertinet ad alias virtutes, ut ad libe-
ralitatem, que avaritiam moderatur, &
ad temperantiam que restinguunt cupiditi-
atem, &c. Attamen quoniam exteriore

actiones non sortiuntur speciem ab inter-
nis motibus, sed a rebus ipsis, fit ut eadem
actions potius sint materia iustitiae, quam
aliarum virtutum. *Quod si demum scisci Obie-*
teris, quid opus erat accumulare actiones etio.
& res, nam cum in actione intelligatur
objictum, & per obiectum designetur ac-
tio, latius erat alterum ponere. Responde-
solutio.

ARTICVLVS VII.

Verum medium iustitia sit medium rei,
eiusque actus, ius vnicuique
suum tribuere.

Quoniam definitum est iustitiam esse virtutem, & virtus omnis consti-
tuit in medio, quod suo actu constituit, co-
sequitur ut perscrutemur an medium iu-
stitiae sit medium rei eiusque actus, ius suu
vnicuique tribueret. Et arguitur a parte ne-
gativa. Definitor generis, s. moralis vir-
tutis, vniuersis speciebus aqua ratione cō Arg. 1.
uenit. Aristot. vero 2. Ethic. cap 6. defi-
nit virtutem esse habitum electuum, qui
in mediocritate consistit, ea quoq; est ad nos
defini: a ratione. Et subdit hanc mediocri-
tatem consistere inter duo vitæ, p. u. a
inter duas affectiones, quorum alteria exu-
perante est altera vero deficiens, ergo &
medium iustitiae inter passiones constitui-
tur. Secundo arguitur. In his que sunt
simpliciter bona, non est accipere super- Arg. 2.
fluum aut diminutum, atque adeo neque
medium, c. ius exemplum Aristot. 2. Ethi-
colum in virtutibus ponit virtus enim. Arist.
quo maior, eo melior. iustitia autem, ut
habetur 5. Ethicorum cap. 1. versatur circa
id, quod est simpliciter bonum, hoc est
absolutè in se bonum, quales sunt hono-
res adiutoria: ergo tale obiectum iustitiae
non constituit in medio. Tercio. In pradi-
cta distinctione virtutis, ppteret dixit Ari- Arg. 3.
stot. virtutem esse habitum in mediocrita- te consistentem, prout in ordine ad ratio
definierit, quod non respectu quorum
cuncte

O 3 cuncte